

Band V., Nr. 1289, Seite 54-55

Bischof Eberhard von Konstanz beurkundet, dass Graf Ulrich von Berg nach Wiedergenesung von schwerer Krankheit in Folge Gelübdes allen seinen vogteilichen Rechten an der Kirche des Klosters Marchtal in Kirchbierlingen entsagt habe, und Graf Ulrich bestätigt diese seine Entsagung.

Gottlieben, 1254. März 10.

Eber. dei gratia episcopus Constantiensis dilectis in Christo universis presentia visuris seu audituris salutem et noticiam rei geste. Noveritis, quod nobilis vir V̄lricus comes de Berga coram nobis constitutus fidei devotione nobis significavit, quod, cum nuper valida infirmitate mortis preambula laborans contra spem omnium convaluisset, votum fecit, quod monasterio Marthellensi de iniuriis in possessione ipsius monasterii in Bilringen¹ sitis^a vita comite ac deo dante satisfaceret cum effectu. Itaque in emendam omne ius advocatie, quod sibi et suis heredibus in predicta ecclesia in Bilringen competiit et competere videbatur, sancto Petro prefati monasterii patrono coram nobis resignavit petens humiliter et instanter, ut litteras nostras testimoniales super huiusmodi facto sigillo nostro roborarem. Cuius preces rationi consonas exaudientes presens instrumentum auctoritate ordinaria in nomine domini sigilli nostri munimine communimus. Ego vero V̄lricus dei gratia comes de Berga accusante me mea conscientia recognovi, me meosque progenitores sepius abusos esse iure nobis concesso in ecclesia prenominata, intuitu illius qui me de portis inferi et ad vitam revocavit, pro me ac pro universis meis heredibus ipsi iuri integraliter, quod mihi congruebat in ecclesia sepedicta, renuncio et ipsum ius resignasse me sine omni tergiversatione profiteor per presens instrumentum in evidentiam istius renunciacionis sigillo meo roboratum.

Actum et datum Gotliubvn, anno domini M^o. CC^o. quinquagesimo quarto, VI^o. idus Marcii, indictione XII^a. Testes qui interfuerunt sunt hii: C. de Erlbach, R. de Ephingen, dominus H. de Hvsen², H. de Stuzzelingen, C. notarius, H. minister in Ehingen, H. dictus Riizil, H. prepositus et camerarius de Martello, Wolvarn conversus, H. et Rüdigerus de Whisel, B. de Mutilstat et alii quam plures capellani et clerici.

^aVielleicht verschrieben für *sita factis*.

¹Kirchbierlingen.

²Hausen ob Almendingen oder Hausen ob Urspring.



Der Textabdruck folgt dem Original.

An gelblichen bzw. rot-gelb-lilla Seidenschnüren zwei Siegel: 1) Das Siegel des Ausstellers, vgl. die Siegelbeschreibung zu Urkunde Nr. 1273 (WUB, Bd. V, S. 38). 2) Das Siegel des Grafen von Berg, nur noch in Bruchstücken, welche Spuren der Schrägteilung des Schildes zeigen.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Fürst Thurn und Taxis Zentralarchiv in Regensburg

Signatur/Titel des Originals:

Klosterurkunden Marchtal Nr. 22

Überlieferung und Textkritik:

Beglaubigte Abschrift auf Papier von 1736: HStA Stuttgart B 475 Bü 45.

Regesten:

Stälin: Württembergische Geschichte, Bd. 2, S. 364. Urkunden Obermarchtal, S. 63, Nr. 44. IMMO EBERL: Regesten zur Geschichte der Grafen von Berg. In: Ulm und Oberschwaben 45/46 (1990) S. 9-102, S. 25, Nr. 106.

Weitere Angaben

Überlieferungsart:

Ausfertigung

Beschreibstoff:

Pergament

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Gottlieben

Aussteller:

Eberhard II.; Bischof von Konstanz

Ortsindex:

Altsteußlingen Wohnplatz (16761)

Altsteußlingen, Ehingen (Donau), UL

Berg Wohnplatz (16762)

Berg, Ehingen (Donau), UL

Ehingen (Donau) Wohnplatz (16771)

IV

Ehingen (Donau), UL
Erbach Wohnplatz (16812)
Erbach, UL
Gottlieben, Kt. Thurgau, Schweiz
Hausen ob Allmendingen Wohnplatz (16672)
Hausen ob Allmendingen, Allmendingen, UL
Hausen ob Urspring Wohnplatz (16935)
Hausen ob Urspring, Schelklingen, UL
Kirchbierlingen Wohnplatz (16782)
Kirchbierlingen, Ehingen (Donau), UL
Konstanz Wohnplatz (14442)
Konstanz, KN
Mittelstadt Wohnplatz (15975)
Mittelstadt, Reutlingen, RT
Obermarchtal Wohnplatz (16905)
Obermarchtal, UL
Weisel Wohnplatz (16799)
Weisel, Ehingen (Donau), UL
Öpfingen Wohnplatz (16919)
Öpfingen, UL